



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 86. Spontanea Victoris Amadei II. abdicatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. diei Dominicæ & festorum, vintat
 A. C. 1730. nem Scholarum, Ecclesiarum & pa
 perum curam, processionum ordinem
 jejunia & alia Religionis exercitia.

§. LXXXVI.

*Spontanea Victoris Amadei II.
 abdicatio.*

Hic annus Sabaudis præcipue ob
 torum vicissitudinem memorabilis
 exstitit. Præprimis Victor Amadeus II.
 Sabaudix Rex, quamvis sexagesimum
 quartum ætatis annum compleisset, se
 cundis nuptiis sibi quinquagenarium
 Marchionis S. Sebastiani Viduam die
 duodecima Augusti copulavit: Erat
 hæc olim Marchionis Thomæi primarii
 Ministri Conjux, ac demum Regine
 defunctæ Matrona honoraria. Augu
 batur a Rege variis ditionibus præ
 annum viginti aureorum millium ces
 sum post Regis mortem percipiendam
 Majori adhuc admiratione defixam
 nuit Europam ejusdem Regis abdic
 tio, qua lubens volensque sceptrum
 rolo Emmanueli primogenito Filio
 concessit. Jam ineunte hoc anno præ
 ter duos Administratos arcanorum
 bitros, suum Filium arrepti hujus
 filii participem reddiderat: Causa
 tur molestum quinquaginta annorum
 Regi

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

Regimen, ingravescentis ætatis incommoda, seriumque desiderium postremos vitæ suæ dies Deo salutique suæ procul ab omni mundi Regnique strepitu consecrandi. Sacræ hujus solitudinis locum sibi selegerat Ripulam, urbem sexto lapide Taurino distitam; eo sese die tertia Septembris unacum Taurinensi Archiepiscopo, Equitibus, Regni Administris, plurimisque Proceribus contulit, coram quibus omnes suas ditiones (nulla excepta) Filio suo cessit, erectisque renuntiationis factæ tabulis cunctos hortatus est, ut debitam suo Successori fidem obsequiumque immote præstarent: Postea ad majorem Aulam secedens, ad præsentem orationem habuit mira verborum ac sententiarum copia gravissimam, quæ nonnisi suorum lacrimis ubertim effusis excepta est: Absoluto hoc sermone homagium recens nominato Regi ab omni Ordinis proceribus perdemisso dexteræ osculo exsolvebatur, quo facto Victor Amadæus sermone ad Filium suum converso eundem de pacis studio, subditorum amore, & imprimis de avitæ fidei cura ac defensione gravissime est cohortatus: Eadem adhuc die ad Reginam Filii sui Conjugem contendit unacum uxore sua. En! inquit, *Matronam Tibi exhibeo, quæ reli-*

A a 4

quos

Sæc. XVIII. quos ætatis suæ annos mihi consecrare,
 A. C. 1730. meum vitæ conjugalis societate jungi non
 recusavit, hanc igitur, si prius, quam ipse
 deceffero, ejusque Filios, Fratres, totosque
 que ipsius Familiam tuis favoribus curis
 commendo. His dictis & persolutis
 rinque amicitiaë obsequiis Rex nominatus
 Comes de Tende, ejus vero conjugis
 Marchionissa de Spigno nominari volu-
 luit, reservata sibi viginti quinque mil-
 reorum millium pensione annua. Con-
 vasatis denique gemmis, aliisque pre-
 tiosioribus quibuscunque Ripula Com-
 brium profectus, Senatores obviam
 euntes his verbis allocutus est: *Com-
 civis vester ero, talem me recipietis utique.
 Regios honores mihi deferri nolo, vestri
 tamen ope & consilio in Regis Senatu adera-*

Sequenti die Carolus Emmanuel in
 Regem proclamatus primis in curia
 habuit, ut dissidia, quibus Rex ejus
 Parens cum Papa collidebatur, com-
 poveret; nec ejus conatui abluere
 ventus, quamvis paulopost nova exorta
 fuissent dissensionum argumenta:
 vero literæ in sua Metropoli magis
 rerent, Academiam Taurini erexit
 lustratisque ludis literariis necnon
 sultis valere jussis Præceptores in
 fanos, in moribus probos instituit. Ne-
 que eo contentus, illud etiam egit, ut
 Religionem Catholicam per omnes Pro-
 vincias

vincias ab hæresum sæce expurgaret; Sæc. XVIII.
 cum enim Waldenses & Pedemonta- A. C. 1730.
 narum vallium incolas adeo in sua secta
 obstinatos cerneret, ut, quamvis ru-
 des, & Catholicæ pariter & Calvinianæ
 Religionis ignari essent, Apostolicos
 tamen fidei Magistros audire ac sequi
 renuerent, edictum die vigesima Junii
 promulgari iussit, ut intra semestre
 vel errores suos ejurarent, vel solum
 verterent: Ex his non pauci erant,
 qui relicta patria potius ad Genevenses
 secedere, quam assueta sacra ponere
 vellent. Alii Hollandos, Bernates,
 ipsosque Anglos eorumque opem im-
 plorabant, nec irritò plane successu;
 die enim decima quarta Novembris
 Britannorum Rex ad Sabaudizæ Du-
 cem literas admodum graves in eo-
 rum favorem dedit, quibus permotus
 Carolus Rex concessit, ut A catholici
 suas querelas coram Regio Ministro
 exponerent. Declaravit insuper, quod
 nuperi edicti severitas illos duntaxat
 complectatur, qui a fide Catholica,
 quam semel amplexati fuissent, sacri-
 lega prorsus perfidia recessissent.

§. LXXXVII.

*Principum atque Illustrium
 obitus.*

A a 5

Plures